





7382 14  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**BONORUM SECULARISATI-**  
**RUM NATURA,**

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, AC DUCATUS MAGDEBURGICI  
GUBERNATORE &c. &c. &c.

PRÆSIDE  
**DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,**

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CON-  
SILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO AC FACUL.

TATIS JURIDICÆ p. t. DECANO,  
IN ALMA FRIDERICIANA,  
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET DOCTO-  
RALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI

IN AUDITORIO MAJORE  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
D. JUNII ANNI MDCCVII.  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**BERNHARDUS HENRICUS PAGENDARM,**  
HERVORDIA GUESTPHALUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS. 1730.

## Disecretatio Innomines Iuridica

# BONORUM SECULARISATO RUM NATURALIA.

DU PHILIPPO MILHELMO  
CICCO V. BUCATIUS MUGELLOMURGIA  
PRINCIPLE BORGASSE. MVRGHIONE BRUNDENGER.  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINA  
RECTORIS MAGISTRICINISIMO.



B. C. D.  
DISSESTITO INAUGURALIS  
*De*  
**NATURA BONORUM SECULARISATORUM.**

§. I.



On est animus de seculari-  
satione bonorum Ecclesiasticorum  
agere, quia inutilis & frustaneus  
labor foret post Rhetios & Mauri-  
tios novi quid hic annotare velle.

*Status con-  
troversie &  
methodus  
dicendorum.*

(a) Solum paucis dispiciemus de  
natura bonorum secularisatorum  
obiter & paucis ab ipsis Duum viris tacta. Illi enim  
opus habebant, justitiam ipsius secularisationis con-  
tra infinitas dissensiones defendere, adeoque præci-  
pue erant solliciti, ut invidiam novæ tum opinionis

A &

(a) Vide Dissertationes duas de Secularisatione sub præ-  
dio Illustrium Virorum Rhetii & Mauriti habitas, unam  
in Disputationibus juris publici XI, Rhetianis anno 78. editis p. 92.  
& seqq. Alteram in Dissertationibus & opusculis Mauritianis p.  
495. seq.

& doctrinæ haætenuis receptæ plane adversæ variis cau-  
telis & limitationibus emollirent, & ut potissimum  
quatuor causas ad constituendam secularisationem re-  
quisitas traderent. Nos secularisationem ut juste con-  
stitutam supponimus, & magis solliciti sumus de natura  
bonorum secularisatorum, & videlicet an allodialia sint,  
an feudalia, an tertium bonorum genus constituant,  
præprimis cum illustre J Ctorum T. collegium defende-  
re eam sententiam sustinuerit, (b) ac si bona secularisa-  
ta sint nec feudalia nec allodialia, sed ad tertium ge-  
nus pertineant talium bonorum, quæ non subjaceant  
dispositioni liberæ eorum, ad quos talia bona seculari-  
fata pertinent. Interim tamen cum in hac quæstione  
subinde repeti soleant argumenta ad secularisationem  
ipsam pertinentia, juvabit præmittere historiam quasi  
philosophicam quæstionis de secularisatione bonorum,  
rum quædam adhuc observare ad meliorem intel-  
lectum quæstionis nostræ pertinentia, vel ab aliis ne-  
glecta, vel aliter posita, forte ideo, quod eo tempore,  
quo istæ dissertationes de secularisatione edebantur,  
nondum lucem veritatis ferebant cœcuentes eruditio-  
rum oculi, caligni autoritatis adhuc nimis assueti jam  
vero per DEi gratiam cum minore periculo veritas  
absque velamento proponi possit.

§. II.

(b) In responso, quod in controversia inter procuratores  
Waldensem & Ostfrisium coram camera imperiali non  
ita pridem a parte rei cum aliis positionibus & dedu-  
ctionibus est publicatum, ad quod subinde provocat  
illustre Collegium in aliis responsis nondum editis,  
quod assertio ista plane ac perspicue ibi sit deducta, v. g.  
in responso ante paucos annos dato Principi O.

§. II. Variæ technæ & fraudes sacerdotum gentilium fuerunt, quibus divinitatem sibi conciliare, & apud populum opinionem infallibilitatis excitare allaborarunt, ut ita non solum domini in conscientias, sed & in ipsorum corpora & bona evaderent. Rem ab ovo deducere aut singula arcana recensere hujus loci non est. Pertinet tamen ad ea persuasio, quod res Diis dicatae, sint nullius hominis sed extra commercium. Unde divisio rerum divini juris in res sacras, religiosas & sanctas (c) quarum illæ Diis superis, istæ Diis inferis hæ Semi-Deis & Heroibus regulariter dedicabantur. (d) Sub rebus vero sacris comprehendebantur non solum templa, & quæ ad cultum divinum inmediate sunt destinata, sed etiam, quæ ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ pertinent, & bona Ecclesiastica dici solent. (e) Ex hac vero hypothesi sua sponte sequebatur, quod res tales non possint alienari, aut, si alienarentur, ad alios usus pios divini cultus deberent adhiberi. (f) Unde etiam non defuerunt unquam observationes de justo judicio divino contra eos, qui res divini juris, etiam hostiles, in profanos, id est, non divinos usus verterent. (g) Proderat hoc arcanum sacerdotibus gentilium, ut semper quidem acquirere ipsis liceret, nunquam vero perdere aliquid ex bonis suis possent, quod Privilegium a juribus reliqui roti

A 2

tius

*Ad arcana  
Politica Sa-  
cerdotum  
Ethnicorum  
pertinet hy-  
pothesis de  
rebus nullius  
divini juris.*

(c) §. 8. *Inst. de R. D.* (d) *Manzius ad ditt. §. 8.* (e) *Paulus* *Vocetus in Comment.* & *Ulric. Huber. in prelect. ad Inst. ibi-  
dem.* (f) *arg. L. Legatum 16 ff. de Ius. & Utr. legat.* (g) *Ad-  
ducuntur exempli loco M. Crassus, Pompejus, Julianus Apo-  
stata, Dionysius Syracusanus, Cepio, Brenno &c. vide cit.  
a Klockio Voll. 1. conf. 35. C. 107.*

tius humani generis plane est diversum, utpote ubi acquisitiones & alienationes rerum sunt in motu perpetuo.

*Hoc arcana  
num in aug-  
menta sua  
convertit  
Clerus Pon-  
tificis.*

§. III. Cæterum cum hæc sententia prima fronte satis pia videretur, uti regulariter arcana sacerdotum talia sunt, non mirandum, quod eadem decipi se passi fuerint Patres Ecclesiæ alias optimi & de propaganda vera pietate maxime solliciti. (b) Accedebat, quod iis temporibus viverent, quibus barbaries jam invaserat imperium Romanum, & studia moralia ac politica tantum non exularent. (i) At vero sic occasio data Clero Pontificio, ut arcana Sacerdotum Ethnicorum sua facerent, ac iisdem modis quærerent dominium in bona, corpora & animos Laicorum. Hinc tempora dedicata DEO & sanctis, item muri & portæ civitatis. Cum vero Deos inferos non haberent Christiani, &

(b) Hi quippe fere omnes inculcarunt magistratum politum non habere Ius in bona Ecclesiæ, & maledictum esse quia ea converteret in usus profanos. Vide omnino loca eorum hanc in rem facientia collecta magna cura ad Hornbeck, *ad Bullam Innocentii X. contra pacem Germanie*, §. 12, p. 70, seq. videlicet ex Justino, Ambroso, Tertulliano, Hieronymo Istoro Pelusiota, Gregorio Thaumaturgo.

(i) Unde forte vitio feculi, non vero neglectui Patrum Ecclesiæ adscribendum, quod in doctrina morali & politica insignem errorum & ignorantiae secunda ediderint specimen. Ut novissime per inductionem exemplorum ex Athenagore, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Originis, Lactantii, Ambrosii, Chrysostomi, Hieronymi, Athanassi, Basili, Gregorii Nazianzeni, Augustini, aliorumque ad oculum demonstravit clarissimus Barbeira, eius in præfatione ad versionem Gallicam operis Pufendorfiani §. 9.

inconveniens esset diabolo dedicare sepulchra, novo invento contra mores Gentium & dictamen rectae rationes (k) sepulchra ad accessoria templi relata, & ita res divini juris facta sunt. At vero cum res divini juris sint res nullius, sua sponte iterum sequebatur, bona sacra & Ecclesiastica alienari non posse, quod diligenter in jure Canonico omni tempore inculcatum est, (l) & doctrinæ Patrum eam in rem facientis tanquam veritates plane divinæ canonizatæ sunt.

§.IV. In specie vero hoc doctrinæ caput Franciæ post eorum conversionem ad Christianismum diligenter est inculcatum, tanquam plane salutare, quod qui det Ecclesiæ & donet, per has donationes salvus fiat (m), contra, qui alienet bona Ecclesiæ, aut in usus profanos convertat, inferni penas evadere non possit. Quare & reges ipsi Franciæ in capitularibus suis dogmati isti de non alienandis aut profanandis bonis Ecclesiæ vim legis dare debebant, (n) ac laicis reliquis, donationibus

*Maxime sub  
regibus Fran-  
corum &  
Germano-  
rum.*

A 3 immen-

(k) Vnde Anonymi Schrift und Naturmäßiges Bedencken über die Begräbnisse der Abgestorbenen, welche man in den Kirchen und Bet-Häusern zu begraben pfleget. Wobei angezeigt worden, unterschiedliche Sympathetische Natur-Wirkungen, wie auch, dass die dem Volke Israel beschworene Verordnung betreffend die todtten Leichnam, das Blut und dergleichen Dinge nicht bloße Ceremonien, sondern ihre ganz eigentliche wichtige, und zu dem menschlichen Wohlgehen höchstnothige Ursachen haben, quod produxit Francofurti 1685. (l) Canonisæ communiter ad caus. 12, qu. 2. & ad totum titulum X. de rebus Ecclesiæ non alienandis.

(m) Unde formulæ frequentes in donationibus Ecclesiæ suis pro salute anima mea. (n) Huc pertinet ex capita-

immenis in Ecclesiis tanquam bonis exemplis præire. Imo si vel minimam partem, etiam in necessitate publica repetissent a Clero, multis mendacis crassioribus persuadebatur populo, ipsos principes ad æternos cruciatus ob hanc solam causam esse damnatos. (o)

*Causa cur  
hec arcana  
primis re  
formatorib  
apud prote  
stantes non  
est sim sue  
rint detecta.*

§. V. Cum igitur constans hæc fuerit canonistarum & legistarum sub papatu opinio, ex regulis pie-tatis genuinæ doctrinam illam de bonis Ecclesiæ non alienandis, nec in seculares usus convertendis, esse de-privata, non mirandum, quod primis reformatio-nis temporibus arcana Papatus sub ea latentia a pri-mis reformatoribus non fuerint statim detecta. Habet enim & agnitus veritatis suos gradus & suas moras. Quare excusandus omnino est B. Lutherus, quod sub-inde istas excretiones urserit, & bona Ecclesiastica pon-tificiorum non in alios usus, quam piarum causarum esse

ribus Caroli M. & Filiorum lib. I. cap. 148. 183. lib. 2 cap. 32. lib. 5. c. 109. 113. 116. 187. 295. 301. 303. 305. 320. 322. 323. Lib. 7. cap. 105. 147. 152. 187. 199. 290. excerpta ab Hornbeckio d.l.

(o) Huc pertinet Johannis Filefaci, Theologi Parisini de sa-crilegio laico commentarius, seu veteris Ecclesie Galli-canæ querela de beneficiis bonisque Ecclesiasticis & eo-rum redditibus a Laicis male occupatis usurpatisque, j. m a temporibus Clodovei & deinceps sub Carolo Martello sub Pipio & Carolo M. Adde Lehmanni Chronicon Spi-riense lib. 3. cap. 2. 11. 20. 23. 28. ubi dicta hujus paragraphi va-riis exemplis illustrantur. Huc pertinent etiam execra-tiones testamentarie ultimis voluntatibus adjecta in fa-vorem piarum causarum, quarum multa exempla colle-cta vide in dissert. sub Presidio Excell. Joh. Samuel. Stry-kiij de Execrationibus Testamentorum habita anno 1698. Adde Antonii Matchæi Man. ad Jus Canon. lib. 2. tit. 15. p. 235. Hornbeck. add. Bullam Papæ Innocentii X p. 163 seqq.

esse vertenda inculcaverit, (p) præprimis cum Politicos nonnullos inhiare nimis istis bonis eorumque acquisitioni sentiret, & quanta occasio calumniandi inde daretur Pontificis probe, perspiceret. Accedit, quod, ubi aliqui (q) latius est deductum, ignorantia genuinæ philosophiæ moralis usque ad tempora Hugonis Grotii, etiam apud protestantes duraverit, & quod Deus Hugone Grotio tanquam singulari instrumento repurgandi doctrinam moralem & jus naturæ ac gentium a scorijs philosophiæ scholasticæ usus fuerit, uti ante seculum & quod excurrit usus erat beato Lutheri aliisque viris piis ad repurgandam theologiam a fæcibus theologiae pontificiæ. Simul vero patet ratio, cur nec jurisconsulti Lutherani aliique protestantes arcanum illud Papale de bonis Ecclesiæ non alienandis aut ad seculares usus applicandis perspexerint, sed in recepta haftenus doctrina juris Pontificii permanerint. (r)

§. VI. Atqui in hoc statu res permanit, donec *Novi motus per pacem Osnabrugensem in satisfactionem Regis Catholico-Stuciae, Electoris Brandenburgici, aliorumque Statuum contra tum Imperii bona Ecclesiastica non pauca in usum secularisationem temporis pacis Osnabru-*

(p) Loca Lutheri excerptis Hoornbeck loco sapientis citato p. 68<sup>o</sup> genfis.  
item M. Conradus Porta in *Consilio ex Luthero ap. Dedenk. Vol. I. p. 990. seq.*

(q) A Dn. Praeside in præstatione ad versionem Germanicam librorum Hugonis Grotij de jure B. & P.

(r) Ut Hieronymus Schurffius *Consil. 48. & 50. cent. 1. Modest. Pistor. Vol. I. Consil. 54. n. 4. Ernest. Cothman. Vol. 2. Consil. 100. aliisque.*

(s) Huc pertinet *Instr. Pat. artis. 5. Verso. 14. & 24. art. 10.*

tempore reformationis arcanorum papalium ac clericalium defensores contra occupationem talium bonorum a Statibus Imperii occasione reformationis subinde factam (z) protestati fuerant, eamque scriptis pariter (u) & armis impetrerent, ac Ferdinandum II. Imperatorem persuaserant, ut editum de restituendis bonis Ecclesiasticis, facem præcipuam novi incendii bellici in Imperio productricem publicaret; Ita non poterant iidem quieti esse, cum videbant Imperatorem & Status Imperii fide publica, vim legis universalis in Imperio habitura, inter alia capita arcana clericalibus adversa (w) etiam illud de secularisatione bonorum Ecclesiasticorum confirmare. Unde nova oppugnatione pacis illius arcana illa sarta & tecta conservare magno conatu nitebantur. (x)

Sed

versic. 3. artic. 11. pr. item vers. in his 11. & in fine art. 12. 13. ver-  
sic. 9. art. 11. & 15. versic. 2.

(z) Talium bonorum secularisatorum tam ingens est numerus, ut si ordine ea recensere animus esset non tardio-  
rancum hoc futurum sit, sed vix integer tractatus illis spe-  
ciatim persequendis sufficeret. conf. Mauritius de Seculari-  
satione c. 7. §. 4.

(u) Huc pertinent scripta varia ex Lehmanni Collectaneis ad-  
rum publicorum de pace religionis, preprimis parte teria. Item Ju-  
reconsultorum Dillingensium questiones ad pacem religiosam  
c. 4. p. 8. & 9.

(w) Fiebat publicatio Edicti hujus Anno 1629. Pufendorf. lib.  
1. Rerum Suec. S. 57. Vaffor. Histor. Ludov. 13. lib. 26. p. 132.

(x) Huc pertinet Pseudo-Ernesti de Eusebiis judicium Theo-  
logicum ejusque vehiculum item pseudonymi Christiani  
Fidelis Crisostom Anticrisas Dorschæanæ, Theologorum Mo-  
guntinensium judicium agitantes delatum Academicis Argen-

DE NAT. BONOR. SECULARISATORUM.

Sed & pontifex ipse Innocentius X. peculari Bulla ab-  
rogare intendebat pacem illam Germaniae. (y)

§. VII. Vt vero ex sanioribus Catholicis etiam <sup>Non omni-</sup>  
Theologis, non pauci fuere, qui iniuriam papicola-<sup>um tamen,</sup>  
rum fedeli pacis se opponentium deprehenderent, <sup>motus con-</sup>  
eique scriptis partim publicatis, partim etiam typis traxii profe-  
publicis non impressis contradicerent (z): Ita multo <sup>stauum,</sup>  
minus desuerunt protestantes, quam partim personato  
illo Ernesto de Eusebiis se opponerent (a), partim

B vindi-

tinensibus contra Dorscheum. Humani Erdeman Oecomoni-  
tani seu Erbermanni Anticaramuel de potestate Imperatoris in  
bona ecclesiastica, conf. Mauritium in Epistola ad respondentis  
dissertationem de secularisatione.

(y) Publicabatur 3. Januarii 1651. & adjuncta est Examine  
Hornbeckii acque Conringii tractatu de pace civili &c.

(z) Habemus Caramuelis Pacis S.R. I. licee prodromum; syn-  
dromum & demonstrationem prolixam adversus prefatum  
Pseudo Ernestum de Eusebiis. Notabilia etiam sunt  
verba autoris Anonymi Arcanorum pacis Westphalicae  
p. 159. Consilia denique plurimorum Theologorum in hanc rem va-  
rie adhibita, qui omnes una consentiebant, posse pro stabilienda in  
Imperio pace hereticis non solum ad annos aliquor, sed imo definite  
usque ad religionis concordiam relinquere bona Ecclesiastica. Ve-  
runtamen judicia hec lucem non apexere tunc &c.

(a) Prodiit enim anno 1648. anonymi discussio brevis judicii  
Theologici Ernesti de Eusebiis. Eodem anno edidit Joh. Ge-  
orgius Dorscheus Prodromum Anticriseos Theologicae & inve-  
titivam in vehiculum judicii Theologici Ernesti de Eusebiis. Item  
Anticrisis Theologicam oppositam judicio Theologico Ern. de Euse-  
biis. Denique Trigam Syndromon Anticriseos Theologica,  
hoc est. Consilium trium JCtorum Patavinorum pro  
pace religiosa. Citat etiam Mauritius in epistola ad Respon-  
dentis dissert. de secularisatione Tobiae Wagneri, tum Super-  
inten-

vindicias pacis scriberent contra Bullam Innocentii (b).

*Horum com-  
paratio cum  
sanioribus  
catholicis.*

S. VIII. Sed considera quantæ efficaciæ sit præjudicium autoritatis & doctrinarum obsoletarum veterum magistrorum in academiis. Cum, ut dictum, §. 5. doctrina de non alienandis, nec in seculares usus transferendis bonis ecclesiasticis, hactenus etiam in academiis protestantibus ex jure Canonico con-

intendentis Eslingenensis, postea Cancellarii Tübingensis, libellum, quamvis teclo nomine editum, sub titulo: *Iniquitates judicii Theologici Ernesti de Eusebiis*, simulque notatum creditum fuisse autorem primo loco memoratae discussionis brevis &c. esse Benedictum Carpzovium JCTum.

(b) Edidit Anno 1653. quidam Ludovicus de Montesperato JCTus Germanus vindicias Pacificationis Osnabrugensis a declaratione nullitatis attenuata ab Innocentio X. Qui autor quis sit, hactenus sibi non constare afferit Mauritus d.l. Communiter harum vindicarum autor habitus est Carpzovius, & verosimile est si quis stylum & scribendigenus utriusque scripti conferat, vindicias has magis convenire scriptis aliis Carpzovianis, quam illam discussionem brevem, quam Carpzovio tribuit Mauritus, ut adeo istius discussionis mihi potius quemcunque alium autorem esse persuadeam. Eodem anno prodiit jam sèpius citatum *examen bulle papalis* a Johanne Hornbeck conscriptum. Sed & Hermannus Conringius, non solum anno 1648. sub nomine ficto Irenæi Eubuli Theologi Austriaci pro pace perpetua protestantibus danda consultationem Catholicam vulgavit, ubi, judice Maurito d.l. felici æstu personam Catholicum iudicatus, non paucis persuasit, ut mitius de alienatione bonorum Ecclesiasticorum sentirent, verum etiam eruditissimam postea *animadversionem* in bullam Innocentii X. scripsit, inque ea ob rationes mox dicendas facile reliquis palmam præcipuit.

constanter fuisse inculcatum, communiter ultra saniorum Catholicorum rationes (c), & principia, subinde dictamini rectæ rationis parum convenientia, (d) progredi non sunt ausi, qui secularisationem instrumento pacis factam defenderunt. Imo, si tradita sanio-

B 2

rum

(c) Quod patet, si quis conferat autores ad §. preced. lit. b.c. citatos (excepto Conringio) cum scriptis Caramuelis indicatis ibid. lit. a.

(d) Quale est fulcrum potissimum politice papalis de dupli potestate independente in Republica, Ecclesiastica altera, altera politica. Ipse Ludovicus de Montesperato, quisquis demum sit, in vindiciis artic. 4. n. 15. seq. non solum hoc, sed & insuper illud Pontificis indulget, quod potestas Ecclesiastica sit sublimior politica, ubi totus Pontificius est, qui Lutheranum se esse profiteretur, iste Ludovicus. Cum tamen antecessorem in via veritatis habuerit virum cordatum, quam ipse ibidem citat, autorem dissertationis opposite Bellarmino de translat. Imperii Romani a Grecis ad Francos c. 9. Cujus verba maxime notabilia appono in gratiam eorum, qui adhuc hodie inter Evangelicos studiose papizant. Quare ecclesiastica potestas sublimior sit politica, nullam idoneam causam attulit Bellarminus. Qui utriusque potestatis dominus est, contrarium dixit, etiam si secretore, ut aliquando Bellarminus & similis fecerit homines ex quibusdam sophisticis causis contradicuntur, & variis technis id elusuri essent. Contrarium etiam a multis demonstratum est. Nam Apostolorum commissio potestates PRIVATA fuit, & continebatur uno verbo satis pleno, perspicuo & vulgari, DOCETE, quod etiam aliter ipsi non intellexerunt, atque executi sunt, quodque SOLE FACTO continetur. Alia potestas, que politica est, IN JURE constituit. Imperium enim & jurisdicō, queque ab his dependent, juris nomina sunt. Verendum tamen, ut parum profit veritas ista occēcatis, ut parum profuit ipsi Ludovico de Montesperato.

rum Catholicorum, cum rationibus Protestantium conferas, convenientium illa principiis doctrinæ rectæ rationis secularisationem tantum non diserte permisérunt, (e) quam Protestantes, qui secularisationem argumentis secularisationem magis oppugnantibus defendere tentarunt. (f)

*Post instrumentum pacis antiquus error arcani Papistici a Theologis pariter & JCTis Protestantibus utriusque religionis, de prohibita secularisatione honorum Ecclesiasticorum, id est, de prohibita translatione talium bonorum ad usus seculares, univerfaliter ut axioma æternæ veritatis fuerit in Academiis, dissentibus inculcatum, & in scriptis unanimiter defensum.* (g)  
Ita

(e) Arque non Politici tantum Catholicæ, sed & Theologi. vide not. lit. a. ad § preced. 7.

(f) Quid enim aliud est, quam oppugnatio secularisationis, si docetur, non licere magistratui politico adhibere bona Ecclesiastica ad usum secularem, aut alienare secularibus personis, nisi in casu necessitatis. Ita enim docent etiam parasiti Papæ Canonistæ, secularisationem oppugnantes contra siores Catholicos & Protestantes. At vero ita docent Protestantes Theologi & JCTi communiter, etiam qui secularisationem per Pacem Imperii factam defendere voluerunt, ut statim probabimus. Vid. interim Mauritius d. dissert. c. 3.

(g) Ita enim, quod Reformatos attinet, notabilis est locus Hornbeckii ad bullam Innocentii p. no. Ut quis solo magistratus arbitrio bona Ecclesiastica alter vel accipiat, vel impendat, quam in usus finesque Ecclesiasticos adverius donationum & donatorum voluntatem, nemo habet docuit reformatorum; uti nec, quod bona Ecclesiastica sunt juris publici, & quia proteguntur a Magistratu, ideo ad usus suos ab eodem ordinari possunt;

Ita vero simul neglecta fuit prudentissima consultatio medici, in negotiis civilibus & que ac in structura humani corporis, i. e. in sananda doctrina politica pariter ac medica experientissimi, incomparabilis Conringii, qui paucis iisque palpabilibus propositionibus totam doctrinam de secularisationis justitia inclusit citra respectum ad fermentum arcanorum papalium. (b)

B 3

§. X.

funt, & fisco suo addici. Quodsi ista esset, profecto nec ego, nec alii ecclesiis quippiam facile legaremus, quibus haud licet serviris esse, quod bona in pios usus a nobis data iisdem servient, que tamen sola nostra hic voluntas, & absque qua evanida esset pie tebandi intentio. Lutheranos quod concernit, probatur assertio nostra ex farragine autorum, quos pro illa sententia adducit Mauritius d.c.3. §.7. Adde responsa theologica apud Dedekerinum in appendice sub titulo: *de bonis Ecclesiasticis*, eorumque usu legitimo Vol. 1. f. 990. & Klockium Vol. 1. cons. 35.

(b) Conringius sub persona Irenaei Eubuli in consultatione de pace perpetua protestantibus danda, Secl. 1. hypoth. 6. 7. 8. 9. & Secl. 2. concl. 5. usque ad 15. & in animadversione ad bullam Innocentii X. p. 284. seqq. Digne sunt hypotheses illæ tres, & conclusiones novem, quas ibi adducit, quæ hic excerpantur. Hypoth. 1. Bona Deo dicata reapse non sunt nullius, sed in privata sunt possessione non minus atque profana quavis bona. Hyp. 2. Bona sacra alia sunt vero Deo, alia falso numini consecrata. Illa vel in vere sacram, vel in superstitionis usum sunt dicata. Horum priora vel adhuc durant, vel pridem aliis usibus adhiberi confluenterunt. Sunt etiam priora vel ad cultum divinum plane necessaria, vel utilia saltem ad bene esse, vel commoda duntaxat ad elegantiam aliquam & splendorem, vel plane superflua. Hypoth. 3. Omnis mutatio prioris usus fieri potest, aut in æque bonum, aut in æque malum, aut in meliorem, aut in pejorem. Conclus. 1. Non est bona

*Observatio-  
nes nostre,  
doctrinam  
Conringii il-  
lustrantes.*

§. X. Liceat saltem majores perspicuitatis causa paucis ipsis propositionibus Conringianis pauciores addere observationes sequentes. I. Totam hanc controversiam de potestate magistratus politici circa secularisationem bonorum ecclesiasticorum, non definiendam esse ex jure justiniane vel Canonico, (i) sed ex solo ju-  
re

bona sacra qualiacunque etiam fuerint, in malos usus vertere. *Concl. 2.* Bona, quæ falso numini aut superstitione cultui etiam veri numinis sunt dicata, licet in profanos usus vertere, modo illi non sint mali. *Concl. 3.* Bona talia si nequeant verti vel in profanos haud malos usus, debent plane tolli e medio. *Concl. 4.* Bona quæ pridem fuere versa contra consecrantium sententiam in non sacros usus, illa licet aut in æque bonos, aut in non deteriores usus profanos commutare. *Concl. 5.* Bona sacra superflua debent verti in usus profanos civiles bonos. *Concl. 6.* Bona sacra, quæ tantum sunt utilia, aut faciunt nonnisi ad elegantiam, possunt & debent verti in usus, quamvis profanos meliores, quales sunt, quos exigit, sive totius Reipublicæ, sive multorum hominum necessitas. *Concl. 7.* Bona plane necessaria sacro usui nefas est profanare. *Concl. 8.* Ne utilia quidem aut ad elegantiam facientia licet profanare, nisi majore existente necessitate. *Concl. 9.* Intra hosce limites, si continet se fisis, in cuius dominio sive eminente, sive magis proprio, continentur bona sacra, non peccat, neque haec tenus profanatio bonorum sacrorum quicquam habet vitii, immo interdum omnino est instituenda. Explicationes harum hypotheseum & conclusionum videri possunt apud ipsum Conringium.

(i). Nam magistratus politicus est lege humana solutus. Ad leges humanas vero pertinet jus Justinianeum pariter & Canonicum quæ talia. Hoc vero non tam propter Conringium monendum, qui accurate hic procedit, quam pro-

re Naturæ & Gentium. II. Ne quidem intuitu Imperii Romani momentum facere hoc loco recessus imperii instrumentum pacis Osnaburgensis præcedentes (k). III. Intuitu juris naturæ & gentium non confunduntur.

propter eos, qui post illam de secularisatione scripsierunt, & ubique vel rationes suas ex unico jure Julianeo, vel Canonico desumunt, vel certe parum utiliter allegata illius juris ubique immiscuntur.

(k) Quia his omnibus derogatur per instrumentum pacis Osnabrugensis tanquam posterius. Ut precedentibus recessibus derogabatur olim per Pacificationem religiosam de anno 1555. Unde non debebat in praesenti questione de justitia secularisationis adduciri R. J. de ann. 1530. §. etliche haben Kloster 23. nec de Anno 1544. §. und damit der Kirchen Güter halben 54. Nam his recessibus derogatum per pacificationem religiosam. Et tamen fieri ita solet. Vide Maurit. d. l. c. 3. §. 6. Adducuntur etiam ibid. eum in finem duo loca ex ipsa pace religiosa scil. §. Dies weil aber etliche 19. & §. als auch den Städten 20. ex R. X. 1555. Etiam enim diserte secularisatio hic prohibetur, non tamen posset allegari contra pacem Osnabrugensem, quia lex posterior derogaret priori. Adde quod intuitu recessus hujus pacem religiosam confirmantis verba allegata non probent, quod probare debebant, cum potius in d. §. 19. non obscuræ admissa ac salem tacite approbata videatur secularisatio in verbis: die geistlichen Güter zu Kirchen, Schulen, Mitten und NB. andern Sachen gewandt, quod jam observavit Perillus. Dn. de Rhei. differt. de secularisatione c. 2. n. 70. Nec hoc monito opus propter Conringium, sed propter communem nærum JCtorum, in questionibus juris publici non prominentem fultrem, sed & confusa textus ex recessibus imperii allegantium, sine respectu, an derogatum sit illis in recessibus subsequentibus, vel an mutatio etiam tacite facta

fundendas esse regulas justitiae cum regulis decori, aut  
stilo Illustris Cocceji præcepta virtutum & justitiae, vel  
juxta communem loquendi modum forum internum  
& externum. (4)

## §. XI.

Eta sit per mutationem status; Hinc videoas st̄epissime al-  
legari secure a J Cts Lutheranis recessus, qui sub Carolo  
V. in causa religionis contra ipsos principes Evangelicos,  
(qui a protestatione aduersus eos recessus vulgatum Pro-  
testantium nomen nocti sunt,) a Catholicis fabricati sunt,  
aut quilibrum Interim plerisque protestantium exosum  
confirmarunt. Sed nolo hanc camarinam movere ulte-  
rius. Non igitur indigne ferre debent J Cts, si a Theo-  
logicis aut Medicis, multo minus si a paribus J Cts pro-  
pterea admoneantur, quia res non pertinent ad ullam fa-  
cultatem in specie, sed ad commune iudicium logicum.

(4) Hoc monito opus fuit, partim propter communem do-  
ctrinam, hęc duo perpetuo confundentem: partim pro-  
pter ipsum Conringium, ista non confundentem quidem,  
sed tamen nec satis aperte distinguentem. Id volo: regu-  
la communis est, dominium etiam includere potestatem  
re abutendi. Dominus autem re sua abutens potest pec-  
care contra officia Deo vel etiam hominibus ex lege cari-  
tatis debita. Interim tamen abusus iste non injustus e-  
rit, nemini enim facit injuriam. Quinino abusus iste  
eo modo justus dici potest, quatenus effectum parit, ut  
is ad quem per abusum res translata est, securus sit ab  
alterius cuiuscunq; repetitione. Res facile intelligi  
potest exemplo prodigi, cui bonis non est interdictum.  
Peccat ille prodigendo bona, sed alienatio ipsa effectum  
habet. Ita ut ad rem præsentem dicta applicemus pot.  
est peccare magistratus politicus, vel etiam dominus pri-  
vatus bonorum Ecclesiasticorum in alienatione eorum  
& secularisatione, interim tamen secularisatio effectum  
habere debet. Si defendantes communem opinionem

DE NAT. BONOR. SECULARISATORUM.

mansissent inter terminis illis magistratum politicum ante omnia debere curam religionis & cultus divini genere adeoque illaudabiliter facere, si neglecta illa cura bona ecclesiastica quæcunque in seculares usus transferat, non esset, quod urgeremus. At vero, cum sepe afferant, non posse magistratum politicum bona ecclesiastica in alios usus convertere quam in sustentationem piarum causarum, (uti termino ex papatu orto vocari solent,) nisi in casu extremæ & summæ necessitatis, id est, quod notamus. Unde cave, ne doctrinam nostram ita cavilleris, ac si intendamus suadere magistratui politico, ut bona ecclesiastica in seculares & profanos usus adhibeat, aut ut iis plane turpiter abutatur. Absit istud. Potius dolendum est, quod in Imperio Romano-Germanico nulla sit deterior conditio, quam ministrorum ecclesie & docentium, propter nimiam secularisationem manasteriorum, similiumque bonorum ecclesiasticorum. Sed propterea bona causa non est defendenda malis rationibus. Postulat dignitas materie peculiarem dissertationem de officio principis evangelici circa ministrorum ecclesie sustentationem, adeoque vitio nemo vertet, quod hic non sim prolixior. Conringium quod attinet, is non quidem disertis verbis sententiam nostram proponit, imo prima fronte eidem contradicere videtur, dum in concil. 1. 7. & 8. nefas dicit esse bona sacra profanare, nisi majore exigente necessitate. Sed si accurate ejus mentem inspicias, apparebit, caute processisse Conringium, eo ipso dum phrasin non esse fas, nefas esse, non licere, adhibuit, non autem, ut plurimi faciunt, non possessori, injustam, nullam esse secularisationem. Facit hoc maxime declaratio Conringii ad concil. 7. Quantumvis igitur more & consuetudine gentium receptum sit, sine discriminé sacra omnia in victorum liberum arbitrium permettere, quod præclare demonstrat Grotius l. 3. de J. B. & P. cap. 5. §. 2. neutiquam tamen naturali juri & pietati hoc est consentaneum, ut sunt fere pleraque, que

*Observatio-  
nes circa  
distinctio-  
nes ab aliis hic  
adhibitas.*

S. XI. Quæ hactenus ex doctrina Conringii per distinctos casus observata sunt, & distinctiones nostræ modo adductæ, difficultates omnes, quæ hic occurrere possunt, magis perspicue explicant, quam si quis distinctionibus aliorum uti velit absque observatis Conringii. (m) Huc refero potissimum tres aliorum scriptorum distinctiones 1. inter alienationem licitam & illicitam, (n) 2. inter religionem veram & fal-

*juris gentium esse solent existimari. Vides jus naturale pro prietate lumen non pro justitia. At multa non sunt pia, quæ tamen jure subsistunt. Grotius in d. 1.3. multis capitibus ad ea distinguenda adhibet terminos juris gentium interni & externi. Adde proleg. n. 41. & 45. & quoad res sacras in specie junge dicto libro 3. c. 5. §. 2. caput 12 §. 6. Tota doctrina de secularisatione bonorum ecclesiasticorum paucissimis expediri potuisset, si vel tempore reformationis jam cognita fuisset doctrina Grotii, vel postea super hac controversia consulti assessores facultatum theologorum & juridicarum non sibi quasi lege injunctum esse communiter putassent, nihil allegare in responsis, quam dicta patrum, aut textus juris Canonici & civilis, item canonistas & Moralistas, eti intime Papisticos, & si non pro placulo quasi habuissent, allegare Grotium III. s. 2. 3. aut alium doctorem qui despere docuerunt.*

(m) *Hoc volo: Qui nostris principiis utitur expositis §. 9. 10. non opus habet distinctionibus, quas hoc §. examinamus. At qui illis distinctionibus utitur non potest rem expedire sine observationibus Conringii & nostris. Ergo non simpliciter rejicimus distinctiones illas, sed saltem ostendimus, eas dubia non tollere omnia, si non addentur distinctiones nostræ.*

(n) *Adhibet hanc distinctionem Mauritus cap. 3. & 4. eamque sic applicat. Regulariter bona ecclesiastica ad usum*

falsam, (o) 3. inter jus gentium & usum gentium. (p)

C 2

§. XII.

seculares non esse convertenda, sed ad alios pios usus vel meliores adhibenda, etiam si donatores superstitionis intentionem habuerint. Excipiendo tamen esse casus necessitatis, utilitatis reip. abundantiae bonorum ecclesiasticorum, pacis redimendae causa, & si cum certa pernicie reip. subtracta sint. Jam ut taceamus, multa ratione exceptionum harum opponi posse, tum quod non sit perspicue, sed singulare novis explicationibus in applicatione opus habeant; tura quod non peripicum sit, quomodo a se invicem differant, & annon una sub altera includatur, saltem id notamus. regulam ipsam falsam esse per conclus 2. Conringianam, atque adeo ex nostra doctrina potius rem invertendam esse. Regulariter bona ecclesiastica quaecunque posse converti ad profanos usus, si utilitas reip. id postulet. Deliberationem autem & determinationem utilitatis hujus pertinere ad eos, qui summam potestatem habent in republica. In deliberatione potissimum & fere unice respiciendum esse, an per secularisationem damnum patiatur necessarius in rep. cultus divinus & sustentatio ministrorum ecclesiar. Quod si haec consideratio negligatur, secularisationem quidem non esse laudabilem, sed tamen non injustam nec nullam.

(o) Occurrit & haec distinctio apud Mauritium cap. 6. §. 3. & 4. quasi nimis bona vera ecclesiæ non possint secularisari nisi in causa necessitatis valde urgentis, & cum spe restitutio. At bona ecclesiæ false posse secularisari, melius tamen adhiberi ad alios pios usus. De hac distinctione notamus, 1. ejus applicationem non exacte convenire cum applicatione distinctionem inter secularisationem licitam & illicitam, ut cuilibet ista duo conferenti mox apparebit. 2. Distinctionem ipsam in applicatione esse

esse obscuram, dum quilibet religio dominans prætendit veritatem, & externam aut dominantam religionem pro falsa habet. 3. Ita vero dabitur principi falsæ religionis, sed dominantis, major potestas in bona religionis verae dominate, quam Principi ejusdem religionis. Ille enim ex hypothesi, suam religionem veram esse, bona veræ religionis tanquam ex sua opinione falsæ poterit etiam citra casum summæ necessitatis auferre & secularisare, cum tamen princeps ejusdem veræ religionis id non possit. 4. Ergo convenientius est distinctionem inter veram & falsam religionem plane omittere, & simpliciter manere, etiam quoad bona ecclesiastica veræ ecclesie in positione, quam in nota precedente dedimus.

5. Neque putandum, eandem esse distinctionem hanc cum Conringiana in hypothesi 2. inter bona sacra vero & falsa numini consecrata. Ut enim alia iam taceam, distinctio Mauritanica sub falsa religione etiam comprehendit religionem Christianam heterodoxam, cum tamen secundum distinctionem Conringii falsum numen saltem denotet religionem ethnicam & similem. At hæc religiones facilius dignoscuntur inter se, quam inter christianos religio heterodoxa ab orthodoxa.

(p) Proponit hanc distinctionem Perillustr. Rhetius cap. 3. §. ult. Scilicet, ut ibi explicat, eum in finem, ut innuit, secularisationem non esse juris gentium præceptivi, quod pro solo jure gentium proprio dicto habet, sed saltem ut rem indifferentem & licitam a variis gentibus fuisse usurpatam. Et hæc quidem explicatio sere non habet dubium, cum nemo fuerit, qui secularisationem habuerit pro re J. G. præcepta, sed saltem quæsicum fuit, an res J. G. sit licita. Quodsi vero quis ad questionem sic formatum, & ad exempla variarum gentium, ethni-carum, judaicarum, Christianarum, a Viro Perillustri ibidem d. c. 3. a §. 16. ad §. 25. magna cum cura allata responderet vellit, hæc exempla saltem facti esse non juris, &

eo

§. XII. Poterit etiam ex nostra doctrina facile, & *Responsio ad*  
 quandoque aliter, quam fit vulgo, responderi ad potissima  
 dubia dissentientium, qui secularisationem omnem pro  
 illicita habent. I. Est: Regulam, quod semel Deo dicata  
 non sint transferenda ulterius ad usus profanos, esse juris  
 naturalis ac divini moralis: quod vero jure naturae & di-  
 vino morali illicitum sit, id necessitatem aut utilitatem  
 nullam admittere. (q) Respondemus breviter. Uti nun-  
 quam probatum est, & principium petit assertio prior, i-  
 mo potius ex positionibus nostris contrarium patet, (r)  
 ita etiam alibi a Dn. Præside latius ostensum est, jus na-  
 turale etiam seu divinum morale sub certis distinctio-  
 nibus admittere exceptionem necessitatis. (s)

§. XIII. II. Opponitur: Secularisatio est contra *II. Quod se-*  
 ultimas voluntates & intentionem fundatorum, qui *cularisatio*  
*manui repugnat in-*  
*tentioni Te-*

C 3

eo in sensu distinctionem inter jus & usum gentium adhi-  
 beret, tum ex dictis patet, distinctionem illam in hoc sen-  
 su a nobis non admetti, cum exempla ista jus gentium in  
 positionibus Conringianis & nostris expositum pulcre  
 illustrant.

(q) Molina de J. & J. T. I. D. 3. n. 2. Quid ad hanc objectionem  
 respondeat Mauritius, vide in d. *dissert. in appendice.* Ex ra-  
 tione nullum argumentum vel probabile saltem afferri  
 potest pro sententia contraria. Unde recurrent ad jus  
 divinum morale & textus scripture sacræ torquent, sed  
 hanc exceptionem ipsis præscindimus, afferendo, nul-  
 lum dari jus divinum morale præter jus naturale, adeo-  
 que, cum revelatio nunquam rectæ rationi contradicat,  
 sed saltem ea, quæ sunt supra naturam, revelet, omnem  
 interpretationis scripture irrationalib[em] falso esse.

(r) Vide dicta in inst. Jurispr. divinæ lib. 2. c. 2. §. 123. 137. & adde  
 emendationem in fundamentis juris naturæ & gentium  
 l. 2. c. 2. n. 18.

eine nach 2 (sigillidubius)

manui ecclesiæ mortuæ sua reliquerunt & perpetuo ecclesiæ patrimonio assignarunt, (z) at juris naturalis est testamenti factio, & ut heres vel legatarius voluntatem testatoris observet. (u) Hic uti primam propositionem libenter concedimus, (w) ita quoad sectin-  
dam negamus, jus naturale præcipere testamenti fa-  
ctionem, sed potius asserimus eam plerumque a recta  
ratione dissuaderi; imo negamus testamentifactionem  
esse juris naturalis permisivi h. e. fluere translatio-  
nem dominii per testamentum ex recta ratione, et-  
si eadem, si legibus civilibus approbetur, juri natura-  
li non repugnet. (x) Quin, & si testamenti factio (qua-  
tenus jus in testatore denotat) maxime foret juris na-  
turalis aut juris gentium, (quod tamen modo nega-  
vimus,) (y) non tamen exinde sequeretur, obligari vel  
heredes, vel legatarios ex jure naturæ ad ultimam volun-

(z) Vide Mauritium *in d. appendice.*

(u) Joh. Hoornbeck. *ad bullam Innocentii X. p. 69.*

(w) Mauritius equidem & hanc negat, & putat, illorum intentione ex aße satisfieri, si resp. conservetur per illa bona. Sed ista responsione uti nolumus, tanquam pau-  
lo longius queſita. Utinec illa, quæ sequitur, quasi lega-  
ta illa ad pias causas ab hominibus ex errore facta sint,  
circumventis fraude & dolo Cleri. Talia vero ipso jure  
nulla esse. Nam & multa sunt, quæ aduersus hanc re-  
sponsionem urgeri possunt, maxime diurna possessio  
& præscriptio.

(x) Latus probatæ sunt istæ assertiones a Dn. Præside in pe-  
culiari dissertatione *de origine testamentifactionis.*

(y) Ibidem etiam ostensum fuit, contra communem sen-  
tentiam, quod nec testamenta aliis gentibus in usu fue-  
rint quam solis Atheniensibus, (& nec his perpetuo, aut  
indubitate) & Romanis.

voluntatem servandam; (2) maxime vero si ea rationi rectæ sit adversa & stulta, etiam si ista stultitia tempore testamenti factio[n]is aut mortis etiam non apparuerit, sed diu post emergat. Denique, et si & heredes vel legatarii obligarentur ad talem voluntatem stultam servandam, non tamen obligaretur resp. aut princeps ex principiis juris naturalis, &c.

§. XIV. Neque refutatam hactenus rationem <sup>ubi obiter</sup> dissentientium quicquam adjuvant execrationes, (a) <sup>notatur, quid</sup> <sup>juris sit cir-</sup>  
<sup>quas</sup> <sup>ca execra-</sup>  
<sup>tiones testa-</sup>  
<sup>torum.</sup>

(c) Mallem enim argumentum audire id inferens. Nec deprehendotale quid apud Hoornbeckium; postquam enim confidenter satis asseruerat, quod supremæ testatorum voluntates & donationes secundum placita donantium servanda sint, nec usquam magis vel religiosus, quam in causis piis & ecclesiasticis; postquam diserte adjectit; hoc jus naturæ & religionem pariter docere & confirmare, loco probationis tamen nihil aliud assert quam legem XII. Tabb. *U[er]i quisque legasset rei sua ita jus esto & dictum juris Canonici ex cap. 4. c. XIII. q. 2.* Ultima voluntas disfuncti modis omnibus servari debet: quasi videlicet lex XII. Tabb. aut jus Canonicum si jus naturæ vel religio. *Conf. supra §. vi.* Dependet etiam ab hac hactenus notatis definitio questionis intricata a Treutlero, Bachovio, aliisque JCtis agitat: An hæres in conscientia obligetur ex testamento imperfecto quam latius tractat Huberus in *Digress. Part. I. lib. 4. c. 34-38.* Adde quos citat Excell. Joh. Sam. Stryk *diff. de execrat. testatorum c. 2. n. 16.*

(a) v. g. Wer die Güter nimmt, den soll Leber und Lunge im Leibe verschrren. Wer das thut, den soll Götter Hand mit Armut, Krankheit, Schwach und Schande strafen. Carpz. *de lege regia c. 3. scđl. 10. circa finem.* Alias execrationis vide apud Anton. Matth. manuā, adjus *Canonicum lib. 2. tit. 15. p. 235.*

quas astus Clericalis (b) persuasit simplicioribus Lai-  
cis, ut ita deterrent incautos & superstitiosos a se-  
cularisatione. Nos enim paucis respondemus, ac-  
cessorium sequi naturam principalis. Si tota testa-  
mentifatio non impedimento est secularisationi, nec  
execratio testamentaria tanquam accessorium obesse  
potest. Et haec multo minus, testamentifatio enim  
est res licita, at execratio tanquam species maledic-  
tio-  
nis nullo jure defendi potest. (c) Neque hac de re  
tan-

(b) Hujus enim inventioni debetur origo talium execra-  
tionum. Neque enim antea tales execrationes fuere in  
usu. Postquam vero Clerus eas primo in leges impera-  
torum Christianorum introduxerat, Novell. 8. in fine, No-  
vell. Leonis & Alexandri in Constit. quæ Novell. Leo-  
nii a Gothofredo, interprete Enimundo Bonefadio est  
juncta, (neque adeo sine causa miratur Bachovius ad  
Trent. disp. II. tb. i. lir. C. hunc stylum Justinianæ curiæ  
postea etiam irrepserunt in testamento. Et injury fit S.  
Patriarchis, dum origo execrationum etiam illis attribui-  
tur, & v. g. exempli loco assertur, quod Jacobus mori-  
bundus Genet. XLVII, 29. gravissimo jure jurando obstrin-  
ixerit Jacobum, & hic postea fratres suos Genet. L, 25. ut  
exuvias ac cineres suorum corporum secum ex Ægypto  
in Palestinam auferrent. Sane distinctissima sunt exe-  
cratio, obsecratio, exactio juramenti. Execratio, ipsis  
fatentibus, qui talia afferrunt, species maledictionis est.  
At qui juramentum ab altero exigit, nequaquam alteri  
maledicit.

(c) Agnoscent ipsi dissentientes vim argumenti. Non lici-  
tam esse maledictionem, E. nec tales execrationes. Et  
quamvis dubium tollere velint distinguendo, an super  
recommisionem committenda alicui maledicamus, reve-  
ra tamen posterioris licentiam non probant exempla

quæ adducunt, cum exempla non probent, sed de exemplis ipsis quæstio juris remaneat. Assetur etiam, quod liceat in ultimis voluntatibus execrationibus eiusmodi desideria nostra corroborare, cum ipsi legislatores civiles leges suas iisdem muniverint. Sed ad ista facilis est responsio. Initio enim, si omnis maledictio est illicita, etiam clausula illæ legum sunt illicitæ. At maledictionem in genere illicitam esse docet Excell. Dn. Stryk. d. differt. c. 1. §. 14. seq. Magnif. Dn. Beccan. præcogn. moral. cap. 14. p. 141. & in lineis doctrinae moralis c. 14. §. 9. Deinde non sequitur, quod principibus licet, licet etiam privatis in æquales. Dn. Stryk. d. c. 1. §. 8. Facit hoc elegans responsum illustr. Facult. Jurid. Hallensis ibidem relatum c. 3. n. 7. ad casum, ubi mater testamento clausulam inseruerat. Aber N. das mir ungehorsame und falsche Mensch ic. soll das geringste nicht davon haben, so ich verschworen, und die ihr was davon geben, mit meinem Fluch belegt haben will. Respondit enim facultas: Daß wann N. ohnerachtet des Großmütterlichen Fluches ihren Antheil von solchen Gerade-Stücken fordern sollte, ihr Geschwister solches ihr vorzuenthalten nicht befugt. Fallitur autem, qui putat in his verbis illustrem Facultatem distinguere voluisse inter forum internum & externum, quasi ratione fori interni conscientię, si formula execratoria in testamento a parentibus si testamento adjecta, liberi obligentur, & sic N. in dato casu melius factura fuisset, si propter adjectam execrationis formulam istas res non petuisset, & sic sive consuluisset conscientię, id enim innui per verba responsi, ohnerachtet des Großmütterlichen Fluchs. Etenim hanc expositionem responsi esse contortam, constat, quia execratio in clausula questionis non adjecta erat astricti petenti, sed reis, qui tamen in responso condemnantur.

D. Ut (d)

tanquam minus dubia, quicquam tetigissimus, nisi fuis-  
sent, qui execrationum talium licentiam & effectum  
voluissent afferere. (d)

*III. Quod  
B.E. sint res  
nullius &  
spirituales.*

§. XV. III. Opponitur bona ecclesiastica esse  
nullius, esse res spirituales. Ergo secularisari non  
posse. Respondeo 1. jam supra §. 2, ostensum, sub  
hac hypothesi latere arcanum politicum sacerdotum  
ethnicorum & cleri papalis. 2. Sunt nullius, i.e. sunt  
exemta commercio privatorum. (e) 3. Imo etiam  
sunt privata, quatenus sunt ecclesiae, quae est in Rep.  
non vero res publica in ecclesia. (f) 4. Non magis il-  
la, quæ sacris usibus sunt dicata, in Dei sunt dominio  
aut a Deo possidentur, vel divini sunt juris, quam  
quicquid est in mundo reliquum. (g) Unde non  
inconvenienter ad clerum pontificium applicari po-  
terit elegans scisma Bionis, quod ex Seneca refert  
Petrus Ærodius. (h) 5. Denique spiritualitatem con-  
tra

(d) Ut Carpzovius *loco citato*. Inclinavit & Dn. Beermann  
in sententiam Carpzovii, *in lin. doctr. mor. d.c. 14. §. 9.* sed  
postea videtur mutasse sententiam *in precogn. moral. d.c. 14.*  
*p. 141.* Velix hoc exemplo apparere posset, quam solet  
scientia juris naturalis non impune contemni. Ea enim  
nunquam permissit, ut in hac questione perpetuo suis  
sent commixta obsecratio, execratio & juramentum ex-  
ilio, utpote distinctissima.

(e) Schilter *exerc. 4. ad ff. §. 4.* Perill. Dn. de Rhey *de secular.*  
*f. §. 19. 20. 21.*

(f) Illustr. Dn. de Rhey. *ibid. c. 4. §. 5. 6.* Conring. *ad bullam*  
*Innocentii X. p. 285.*

(g) Conring *ibid. p. 284.*

(h) *Rer. judicat. lib. 9. tr. 5. c. 9.* Seneca id recenset ex Bio-  
ne: Omnes fures esse sacrilegos, item contra nullum es-

tra pontificios tutius negamus secuti JCtos evange-  
licos. (i)

§. XVI. His ita fundamenti loco positis, jam *Accessus ad ipsam quæstionem aggredimur. Utrum videlicet bona secularisata sint feudalia, an alkodalia?* Respondemus cum Mauritio, bona secularisata esse utriusque generis. Illi enim, quibus jus secularisandi competit ea aliis in usum secularem concesserunt vel jure allodiali vel feudalii. Jure allodiali multa monasteria aliaque bona ecclesiastica laicis utenda, fruenda, data, vendita, ministris & bene meritis donata, militibus pro stipendiis assignata & variis modis alienata fuerunt Jure feudalii, cum Archi- vel Episcopatus, Abbatia, Præ-

D 2

latura

se sacrilegum. Quicunque enim id, quod Deorum est, sustulit ac consumpsit, eum esse sacrilegum. Porro omnia ad Deos pertinere, itaque sacrilegum esse, quisquis quid alteri surripit. Ex adverso nullum esse sacrilegum, quia quicquid auferitur ex illo loco, qui Deorum est, transfertur in alium locum, qui ut reliqua omnia, similiter est Deorum. Habet id Seneca lib. 7. de beneficiis c. 7. Ad scismaticum tollendum Seneca afferit: Omnia quidem Deorum esse, sed non omnia diis dicata, &c. quod admitto quidem intuitu sacrilegiis, non tamen valebit contra Conringium.

(i) Mauritus c. 6. n. 2. qui & alias responsiones adversus hanc objectionem suppeditat in appendice. Perill. Dn. de Rhee c. 5. §. 22. has eleganter assertationes: Quia spiritus nec carnem habet, nec ossa, & quæ a spiritu denominantur proprie sunt bona interna &c. Remotissima sane est hæc vocis usurpatio a loquela sacri codicis, qui aliter profecto sapere, aliter loqui nos docuit. Quæ est observatio Conringii ad d. bullam c. 8. p. 301.

latura &c. sublata denominatione ecclesiastica aliis in feudum sub dignitatis secularis titulo concessa fuit. (k)

*Eiam intuitu statu-  
rum imperii.*

§. XVII. Sed non tam de bonis secularisatis, quæ a statibus imperii in suos ministros translata sunt, quæstio esse solet, quam de qualitate bonorum secularisatorum intuitu ipsorum statuum. De iis, quæ ab imperio in feudum data sunt, etiam dubium esse non potest, ergo remanet dubium de reliquis in feudum non datis, utrum allodialia sint an tertia quædam species bonorum? Nos simpliciter respondemus, ea quæ non sunt feudalia, eo ipso, quo non sunt feudalia & tamen in dominio statuum sunt, sunt allodialia, quia tertiam speciem, inter res allodiales & feudales medianas, agnoscere non possumus, nam allodiales res omnes dicuntur, quæ sunt non feudales. (l) Contradicitoria autem non admittunt medium, ut ex sensu communi pater.

*Et quidem  
pro allodia-  
libus est  
præsumto.*

§. XVIII. Unde vero dignosci possit utrum bona secularisata sint feudalia, an allodialia? etiam iis dubium esse nequit, qui hic magis de evidentiâ veritatis, quam de præjudicio autoritatis sunt solliciti. Quicquid est in patrimonio, tamdiu habetur pro allodiali, donec probetur esse feudale, non ideo, quod feudista quispiam, vel Obertus de Orto, vel Gerhardus Capelatus Niger dixerit in dubio præsumtionem esse

(k) Maurtius cap. 8, §. 2. Ita Archi- Episcopatus Bremensis regno Sueciæ, & Magdeburgensis cum Episcopatibus Halberstadiensi, Mindano & Camineni Electori Brandenburgico adjudicati sunt, in Transact. Osnabrugensi addit. Iterum *de feudis imperii c. 8. §. 14.*

(l) Illuſtr. Dn. Coccejus *Hypomnem. Jur. Feud. tit. 2. §. 2.*

esse pro allodio, sed quod ex natura rei omne prædi-  
um sit liberum tamdiu donec pactis & conventionibus  
servitus vel qualitas feudalis imponatur. Omne enim  
feudum est adjectitia prædiorum qualitas ex novo fa-  
cto orta. Facta vero non præsumuntur.

§. XIX. Nec est, quod nobis opponas, quasi  
committamus petitionem ejus, quod est in principio  
dum supponamus semper, acsi ea bona secularisata  
quæ non sunt feudalia, sint in dominio & patrimonio  
statuum, cum tamen de eo ipso, utrum sint in patri-  
monio statuum, sit quæstio, quia nimiriui sint data  
piis causis, aut certe dari iis debuerint. Nam respon-  
demus initio, effectum testari de patrimonio & domi-  
nio. Dum enim bona secularisata a statibus alienata  
fuerunt & laicis vel in allodium vel feudum concessa,  
necessæ est, ut status alienandos ea bona in patrimonio  
vel dominio habuerint. Quod vero piis causis dari  
debuerint, haec tenus in defensione secularisationis in  
genere jam est remotum.

§. XX. Quæ a statibus imperii scholis, acadé-  
muis, ecclesiis protestantibus dara sunt bona ecclesia-  
stica pontificiorum, ea non debebant afferri ad quæ-  
stionem, ubi agitur de bonis secularisatis, cum talia  
dona eo ipso, quo data sunt scholis, academiis, & ec-  
clesiis protestantium, non sunt secularisata, sed man-  
ferunt bona ecclesiastica, & saltem transierunt ab una  
ecclesia ad aliam. Quare qui hæc bona in quæstioni-  
bus de natura secularisatorum urgent, confundunt, ab-  
lationem, translationem, & multationem quamvis bo-  
norum ecclesiasticorum cum secularisatione.

*Item, quod  
bona secu-  
larisata  
sint in pa-  
trimonio  
statuum.*

*Bona eccl-  
esiastica in  
alios pios  
usus con-  
versa buc  
non perti-  
nent, i.e.  
non sunt se-  
cularisata.*

Bonorum  
ecclesiastico-  
rum statu-  
bus prote-  
stantibus  
vindicato-  
rum divisio-  
generalis.

§. XXI. Nimirum bona ecclesiastica cleri pontificii a statibus imperii protestantibus tempore reformationis vel ablata sunt propria autoritate, vel iis in satisfactionem consensu publico imperii concessa. Piora plerumque mediata, posteriora immediata fuere. Illa intuitu statuum acquirentium regulariter feudalia, secularisata tamen. Hæc regulariter allodialia. (m) Et vel ad fiscum Principis vel cameram relata, vel ad pios usus ecclesiæ evangelicæ destinata, aut etiam ecclesiis ipsis donata & tradita, vel ministris secularibus aut in allodium donata aut in feudum data. (n)

§. XXII.

(m) Conf. Dn. Alexandri *dissert. de bonis allodialibus c. 3. n. 92.*

(n) Sunt hæc omnia quidem allodialia, sed non æquali gradu. In iis enim, quæ ad fiscum suum princeps retulit, habet dominium plenum, i. e. potestatem etiam percipiendi utilitatem; in iis, quæ ad pios usus destinavit retenta administratione immobilium, non quidem acutum percipit usum, habet tamen jus percipiendi quandocumque velit, quia datio usus ad pias causas tum est res mere liberalitatis semper revocabilis, adeoque parum differunt talia bona a bonis, quæ sunt in plena proprietate. Bona ecclesiis donata & tradita exierunt ex dominio principis privato, manent tamen in dominio ejus eminentia, quod & ipsum manet allodiale, quia a nemine id principis in feudum recognoscit. Eadem est ratio bonorum ministris secularibus in allodium datorum. At in feudum si dederit, manebit tamen dominium directum, quod retinuit, res allodialis. Similiter videt, quod bona Pontificiis ademta & ad pias causas translata non sint quidem secularisata, sed tamen hoc non obstante sint allodialia, tam intuitu principis, quam intuitu ecclesiæ, quia hujus respectu non sunt nullius, sed in ejus dominio privato. *vid. III. Dn. de Rhei. c. 4. §. 5. 6. & supra dicta §. 15.*

§. XXII. Quodsi cui historiam reformationis  
attente perquirere tempus sit, deprehendet haud du-  
bie plurima bonorum allodialium exempla. Ducibus  
Wurtenbergensibus tempore reformationis occupa-  
ta bona ecclesiastica in instrumento pacis<sup>(e)</sup> simplici-  
ter restituta fuere. Et cum non adjectum sit, quod  
Duces dicta bona ecclesiastica ab Imperatore & impe-  
rio in feudum recognoscere teneantur, non sine ra-  
tione judicat Schoppius<sup>(p)</sup> iure allodii Dices dicta  
bona possidere.<sup>(q)</sup> In controversia Regis Galliæ cum  
Electore Palatino nomine Ducissæ Aurelianensis, ex  
eadem ratione bona in Palatinatu secularisata pro allo-  
dialibus fuere habita,<sup>(r)</sup> ubi nova species bonorum  
in secularem conditionem redactorum suppeditatur,  
scilicet bonorum ante Ecclesiasticorum, quæ ante  
diffidia in Germania desierunt ecclesiastica esse, & ti-  
tulis singularibus in dominium Electorum Palatinorum  
pervenerint. Et cum ex parte Palatini Postulatum  
fuerit,<sup>(s)</sup> ut mandatarius Aurelianensis istud caput pe-  
titii sui ob generalitatem nimis obscurum declararet,  
hic postea designationem dedit bonorum ecclesiasti-  
corum, seculari usui restitutorum, vel per cessionem  
possi-

Unde simul nota, ut non omnia bona secularisata sunt al-  
lodalia, sed quædam etiam feudalia, ita vice versa nec  
omnia allodialia sunt secularisata aut profana, sed allodi-  
alia pariter sunt vel ecclesiastica vel profana.

(e) Art. 4. § 24.

(p) Tract. de allodiis.

(q) Dn. Alexandri d.l.

(r) Vide primitius allorum compromissi Francofurtensis in causa Du-  
cissæ Aurelianensis contra Electorem Palatinum p. 31.

(s) In dictis primitiis p. 93.

possidentium vel etiam per reformationem, aut alio quovis modo. (x) Ubi ultra centum recensentur abbatiæ, monasteria, præfecturæ, domus &c. quorum proprietatem ita nacti sunt Electores Palatini, inter quæ dimidia pars & ultra vel ante reformationem voluntaria cessione aut venditione, vel etiam post eam modo simili absque violenta occupatione fuit acquisita. Neque negavit advocatus palatinus allodialitatem talium bonorum, sed saltem partim ratione bonorum ante reformationem cessorum probationem facti, ursit, partim alias exceptiones opposuit, cur hæc bona allodia non debeant restituī Ducissæ Aurelianensi. (u) Unde facile patet, non exiguum apud alios principes, præcipue protestantes talium bonorum in secularem usum conversorum, & allodialium etiam extare numerum, ut adeo parum prospicit, de re luce meridiana clariore, id est, de existentia & exemplis bonorum allodialium, quæ antea ecclesiastica fuerunt, & potissimum secularisatorum, ulterius verba facere.

*Uſus que-  
rionis p̄-  
cipiūs, an  
bona ſec-  
ulariſata a-  
lienari pos-  
ſint.*

§. XXIII. Sed cui usui ista omnia de licentia secularisationis & natura bonorum secularisatorum ista omnia hactenus discussimus? scilicet ut consideretur, quid novi juris possessores bonorum secularisatorum, diversi a jure eorum, qui ut ecclesiastica illa possederant, per & post mutationem nacti fuerint. Neque tamen & hic solliciti erimus de differentiis omnibus, (v) sed de illa saltem, quæ potissimum a dissentientibus in controversiam vocari solet. Scilicet bona secularisata, si allodialia sunt, possunt a Domino pro lubitu quo- cunque

(x) In contin. auctorum dictor. p. 132--142. (u) In dicta contin. auctorum p. 215. seq. (v) De quibus vide Mauritium cap. 10. integrum.

cunque titulo alienari, si vero feudalia sint, cum consensu domini, cum ante secularisationem, cum ecclesiastica adhuc essent, nonnisi paucissimis in casibus jure canonico expressis & permisssis poterant alienari a possessoribus catholicis. (x) Item bona secularisata allodialia transeunt ad heredes allodiales, feudalia ad feudales.

§. XXIV. Ergo status ipsi protestantes, qui bona ecclesiastica vel etiam secularisata ut allodialia possident, alienare possunt utraque absque necessario consensu Imperatoris & agnatorum, feudalia vero nonnisi cum ejus & eorum consensu, sive de alienatione inter vivos sit quæstio, sive de alienatione per ultimam voluntatem. (y) Et quamvis alii etiam in feudalibus non esse necessarium consensum imperatoris statuant, (z)

E alii

(x) Mauritius d. c. 10, §. 1. (y) Ill. Dn. de Rhei. Jur. publ. l. 2, c.

32, §. 1, c. 36, §. 1. B. Ziegler. de Jur. Majest. l. 1, c. 4, n. 27, 28.

(z) Henricus Michaelis in responsis Chilon. resp. 14, p. 130. Scil.

(1) constitutionem Lotharii & Friderici Imperatorum II.F. 52. & 55. in Germania non venisse ad observantium, sed ibi mansisse licentiam antiquam alienandi absque consensu Domini I.F. 13. & II. F. 44. pr. (2) etiam in Camera imperiali ejusmodi alienationes esse confirmatas per tradita Gylmanni Tom. 4. vol. 3. n. 90. Klock. T. I. Conf. II. n. 147. seq. Zæf. defend. Part. 9. n. 22. Sed resp. ad (1) Feuda imperii non esse dijudicanda ex natura Feudorum Longobardicorum, tanquam iis multa antiquiora. In Germania vero jam tempore Caroli M. non licita fuit feudi alienatio sine consensu domini. Cap. Caroli M. sextum de anno 806. cap. 8. Adde jus feudale Suevicum cap. 89, 96, 107, 122. secund. edit. Schilteri & ibi ad marginem citata loca juris feudalis Saxonici & Schilterum ipsum in Commentario ad dicta capitula. Ad (2) autores allegatos non probare, quod probare debebant. Gylmannus non dicet, quod pronunciatum sit pro alienante

Affirmatur  
de allodiali-  
bus, etiam  
absque con-  
sensu impe-  
ratoris.

alii vero etiam in allodialibus velint eum adhibendum esse, (2) non afferuntur tamen a dissentientibus argumenta satis prægnantia, ut causam videamus quicquam in assertione nostra mutandi.

§. XXV.

feudum sine domini consensu, sed interrations decidendi sententiae cameralis, sententiam priores instantiae ex multis capitibus impugnatam reformatis, etiam illam ponit, quod in Germania licet sint oppignorationes particulatum feudalium præprimis in casu necessitatis, sine consensu Imperatoris. Sed & Klock. de talib⁹ oppignorationib⁹ necessariis loquitur. Zensus vero magis conqueritur, quod leges feudales in imperio male serventur, quam ut de eo quod justum est in Germania loquatur. *Addit. Dn. Alexandri d. differt. de jure allodiali princ. imperii c. 5. n. 9. seq.*

(a) Pro qua sententia plerumque obscurum, & a Doctoribus juris publici Germanici parum attendendum, peregrinum Joh. Cephalo nomen *Conf. 369. n. 124.* solet allegari, non tamen alia addita ratione, quam quod non sola conditio allodialitatis distrahendi facultatem conficiat, sed alia circumstantiae efficere possint, ut ea facultas in dubium vocetur. Quia ratio nihil aliud dicit, quam quod res allodiales alienari possint, nisi aliud obstat, nequaquam vero istam Cephalo illusionem, quod in allodialibus (regulariter) adhibendus sit consensus Imperatoris parare potest. At inquit, tutius tamen est consensum Imperatoris adhibere. Ego vero hic noto, tutiorem sententiam dici vel de casu, ubi circa questionem juris dubium est, vel de casu, ubi de justitia causa constat, & queritur saltem a conducatur jure suo uti. In priori sensu tutius non est, adhibere consensum Imperatoris, quia de obligatione ad id faciendum nulla assertur ratio. Posteriori sensu res ad consilia pertineret, non ad questiones juris, inde finitam dicere nolle, tutiorem esse istam adhibitionem consensus imperatorii, sed pro diversitate circumstantiarum consilia hic variare posse & debere, quæ tamen fuisse expe-

§. XXV. Ex dictis facile resolvi potest quæstio *Quid juris  
de bonis ec-  
clesiasticis  
ad evangeli-  
cos usus de-  
stinatis.*  
affinis. Si bona ecclesiastica pontificiis ademta desti-  
ata sint adpios usus evangelicos, quid tum juris est  
circa alienationem. Nec hic consensu imperatoris &  
agnatorum erit opus, quia jam supra §. 21. ostensum &  
horum intuitu talia bona esse allodialia. At respectu  
scholarum vel ecclesiarum distinguendum est; vel bo-  
na immobilia data sunt ecclesis in dominium, vel im-  
mobilia incorporata sunt fisco principis & assignata  
administrationi præfectorum, ita ut ex fructibus cer-  
tis debeant salario & stipendia solvi scholis & ecclesiæ  
ministris. Priori casu regulariter cum consensu ec-  
clesiæ alienatio fieri potest, (& consensus etiam in qui-  
busdam casibus facile impetrari poterit ab ecclesiis, v.g.  
si successor allodialis sit pontificiæ religioni addicatus,) excepto tamen casu necessitatis, & utilitatis reip. ubi  
princeps vi dominii eminentis poterit etiam res sub-  
ditorum ipsis in vitis alienare. (b) Posteriori casu etiam

E 2

abs-

dire non est hujus loci. Adde Dn. Alexandri *d. differt. c. 5.  
n. 16 seq.* Dn. de Lyncker *de libert. stat. imperii scđ. s. §. 5.*  
(b) Non obstat, dominium eminentis esse particulam superio-  
ritatis; superioritatem vero statuum etsi allodialis sit, non  
tamen posse alienari, quia cohæreat territorio. Respon-  
deo, si ex meo voto res definienda foret de natura su-  
perioritatis, eam dicere ut rem incorpoream & acces-  
soriam, ut regulariter sunt omnia jura rerum, per se ne-  
que allodialiem esse neque feudalem, sed intuitu territo-  
rii aut bonorum immobilium, in quibus terminatur, mo-  
do allodialem modo feudalem esse. Cum adeo bona im-  
mobilia de quibus agimus sint allodialia, etiam superioritas  
in bonis illis terminata tanquam cohærens iis erit allodia-  
lis & alienabilis. Adde Dn. Alexandri *d. l. c. 4. n. 4 seq. & cap.  
s. n. 44. seq.*

absque consensu piarum causarum alienatio fieri potest, præprimis si fiat in securitatem religionis evan-gelicæ & cum onere salariorum ac stipendiorum con-tinuandorum.

*Quid juris  
de ipso iure  
circa sacra!*

§. XXVI. Memini quæstum esse, an princeps evangelicos jurisdictionem ecclesiasticam, vel nomine magis conveniente jus circa sacra alienare possit. (c) Ratio pro affirmatione fuit, quod jus circa sacra & i-psum sit allodiale, non feudale, nec ita rebus termini-tur, ut dominium eminens, & iura superioritatis similia. Sed video eriam pro negativa adduci, quod obstent verba instrumenti pacis famosa: (d) *Jus Diæcesanum & jurisdictione ecclesiastica intra terminos territorii cuiusque se con-tineant.* Mihi distinguendum videtur. Intuitu successo-ris evangelici alienatio non valebit, ac si successor ad ca-tholicum spectet, putarem alienationem valere in ev-angelicum, sive inter vivos, sive per ultimam volunta-tem, quia tum instrumentum pacis non obstat. (e)

§. XXVII.

(c) Dn. Alex. d. c. n. 44. fund. c. 4. n. 19.

(d) Artic. 5. Instrum. pac. §. jus Diæcesanum 48.

(e) Apparet enim ex contextu quod verba illa instrumenti pacis, quatenus jurisdictione ecclesiastica de evangelicis ne praedicatur & juri circa sacra æquipollent, respiciant so-lum evangelicos, cum pontificii principes seculares pla-nee nullam habeant jurisdictionem ecclesiasticam, eccl-eiastici vero habeant quidem jurisdictionem, sed non ju-ori circa sacra correspondentem. Cum igitur successor catholicus non sit capax juris circa sacra, posito etiam, quod potestas alienandi illud jus non ita evidenter rationibus possit probari, nullam tamen haberet actionem catholicus successor ad eam alienationem infringendam, cum nullam habeat intereste, exceptio vero tua non interest, poterit opponi cuilibet agenti.

§.XXVII. Videamus jam quid contra alienabilitatem *Dissentientium* bonorum secularisatorum afferant domini dissentientes ini- *um rationes* *tio memorati. Age dicta eorum in summam contrahamus. Pri-* de natura *mo;* præsupponunt, statibus imperii Augustanæ confessionis *bonorum Es-* vi juris territorialis competere etiam curam circa sacra, regi- *eleastico-* men ecclesiasticum, ius Episcopale, sive potestatem ecclæ- *rum.* *sticam externam. Secundo præmittunt; vi illius juris status A.* C. post religionis reformationem bona ecclesiastica appre- *hendisse, non animo sibi acquirendi, sed illorum redditus ad* veros pios usus convertendi. Atque hoc ipsum pietatis & æ- *quitatis rationem suasisse, & ipsos quoque Dd. evangelicos* docuisse & monuisse, atque pios principes & status A. Confes- *sionis iis monitis obtemperasse. Tertio præmittitur, bona ec-* *clesiastica a statibus Augustanæ confessionis apprehensa ad* illos non pertinere privato dominii jure, sed esse saltem eo- *rum dispensatores & tutores. Quarto, bona hæc non transmit-* *ti ad heredes statuum allodiales, ad quos non simul transiit* ius territoriale. (f)

§. XXIX. Ad illa vero ex hac tenus dictis jam paucis *Responso ad* responderi potest, si modo ostendatur in qua propositione si- *istas.* ta sit fallacia falsæ assertionis. Atque hic equidem positio prima sine nota transfire potest, tertia & quarta fluunt ex secunda tanquam conclusiones. Ergo robur omne dissentientium in secunda est situm. Hic vero fallacia evidens est, mutari statum controversie & plus probari quam probari debebat. Quære- *batur an bona secularisata alienari possint, & in iis succedant* heredes allodiales; & respondetur nulla esse secularisata, quod evidenter facili repugnat & nulla bona secularisari posse, quod repugnat praxi imperii & dictamini rectæ rationis ac principiis juris publici Germanici, ut hac tenus demonstra- *tum. Reliqua quæ forte moveri possent ulterius contra illas* rationes dissentientium, omitti possunt tanquam nihil aut pa- *rum ad rem facientia. (g)*

(f) Vide ab initio citatum responsum Dominorum JCtorum T, in causa Waldeck contra Offenbachi n. 4: usque ad n. 9.

(g) Ita v. g. ad propositionem primam dubium est, an tempore reforma-

*Ita & ad  
consecaria  
dissentienti-  
um.*

§. XXIX. Quæ porro sequuntur apud dissentientes, u-  
nil novi afferunt, sed appendices propositionum dictarum,  
ita nec opus est nobis, ut de novis responsionibus simus solli-  
citi, sed sufficiat saltem ea indicasse & summo digito respon-  
siones ostendisse. Huc ergo refero, quæ sequuntur. (b) 1. Sen-  
tentiam hanc, quod bona secularisata non transeant ad here-  
des allodiales praxi imperii esse firmatam, nec contrariam  
praxin ostendi posse; 2. Etsi principes nonnulli quosdam  
conventus in suos converterint usum, id tamen doctrinæ eo-  
rum non præjudicare, quia abusus non possit mutare naturam  
rei. 3. In dubio non præsumi bona esse ad seculares usus trans-  
latæ, quia præsumatur in dubio id quod pium & æquum est.  
4. Bona secularisata nec allodialia esse nec feudalia sed consti-  
tuere tertiam speciem. (i)

*An. 1590*

tionis status habuerint superioritatem territorialem, quatenus ea denotat  
complexum omnium regalium. Dubium est, an cura reformationis &  
religionis pertineat ad superioritatem, an ad jus libertatis statuum. Etsi enim  
illa distinctione non nimis subtiliter sit tractanda, ut quidam faciunt, tamen et  
iam nec supine est negligenda. Et videtur verius, curam religionis & jus  
sacrorum pertinere ad jus libertatis per ea quæ deduxit Dn. de Lyncker de  
libertate statuum imperii sect. 2.3.

(b) d. l. n. ii. 12. 18-39.  
(i) Responderi potest ad 1. videndum an in exemplis, quæ ibi de Ducatu  
Holstia, Comitatu Schwarzburgico, Ducatu Altenburgico afferuntur,  
actum fuerit de bonis secularisatis, an non, cum in tota responsione ita  
tas questionis fuerit mutatus. Videndum in praxi judiciali, qua ex ra-  
tione adjudicatio heredibus feudalibus facta fuerit. Etiam praxis impe-  
rii facti est, & præber argumenta illusrantia non probantia. Praxis  
vero extrajudicialis parum probat, si scilicet heredes allodiales juris sui  
ignati eo non fuerint usi. Ad 2. in dissertatione ostendimus, nec secu-  
larisationem nec ejus effectus repugnare naturæ rei. Ad 3. Nec repu-  
gnare secularisationem pietati & æquitati. Ad 4. Et hic semper confun-  
duntur bona ecclesiastica cum secularisatis. Supra §. 17. ostendimus inter  
bona feudalia & allodialia non dati speciem medianam. Etiam supra §. 15.  
rejectum, quod hic afferitur, ac si bona ecclesia sint bona publica, ec-  
clesia scilicet, & suo modo patriæ patrimonium. Etiam ostendimus su-  
pra §. 21, bona a principibus A. C. ad pios usus destinata  
esse allodialia.

F I N I S.

**ULB Halle**  
005 304 830

3





Farbkarte #13

B.I.G.



DISSE<sup>14</sup>  
TATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**BONORUM SECULARISATOREM NATURA,**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**ON. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, AC DUCATUS MAGDEBURGICI  
GUBERNATORE &c. &c. &c.  
P R A E S I D E  
**ON. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CON-  
SILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO AC FACUL-  
TATIS JURIDICÆ p. t. DECANO,  
IN ALMA FRIDERICIANA,  
PRO LICENTIA  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET DOCTO-  
RALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI  
IN AUDITORIO MAJORI  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
D. JUNII ANNI MDCCVII.  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
**ERNHARDUS HENRICUS PAGENDARM,**  
HERVORDIA GUESTPHALUS.  
ALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS. 1730.